ADDITIO ADDITIONIS OPERIS VLTIMA,

Qua ratione dixerunt 318. Episcopi Nicæni, quod in Deo fuit Caro ante Incarnationem, & quod non fuit impossibile, sed incomprehensibile, & Caro impatibilis.

Die 6. mensis Iulij. Ann. Dñi. 1716.

Señor Excelentissimo Consejo Supremo de la Santa Inquisicion.

BRevissime loquar (licet in additione præterita pauce erratæ, non potuit remediare infirmitas Autoris) hoc fuit fundamentum P. P. Nicæni Concilij. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum; hoc erat in principio apud Deum omnia per ipsum facta sunt.* Quid est in principio? Et quo principio? In quo principio erat hoc? In quo principio erat Verbum, idest, in Filio Vnigenito, qui sic Nominatus est, vt in Ioanne 8. 25. interrogatus â Iudæis *Tu quis es?* Dixit eis Iesus: *Principium qui & loquor vobis.* Et principium vt sic vniversale, vt in Credo: *Per quem omnia facta sunt.* Genitum non factum, & principium sui ipsius cum Patre. *Tecum principium in die virtutis tuæ ex vtero ante Luciferum genui te.* Hoc non tollit, quod Filius omnia fecit, vt ait Ioannes: *Omnia per ipsum facta sunt.* Quamvis dicatur per Nicænos: vt supra per vnum illorum Athanasium, quod per Verbum, quod est Opificem Dei esse. Fuit creatum hominem (nemo enim se ipsum, potuit creare). & ipse creatorem similem sui creavit, vt homines facere, & simul deos redderet supponens in Deo carnem impatibilem ante Incarnationem incomprehensibiliter, & Christum vnam Personam esse. Ipsius Verbi, quia Incarnatus fuit ex Maria Virgine, & ideo non est alia persona â Verbo Christus. Vt dicit sub anathemate Concilium Ephesinum Canon 2. *Siquis non confitetur Carni secundum substantiam vnitum Dei Patris Verbum,*

Ioann. 8. 25.

Credo.

Ioann. 1. 3.

Athan. fol. 528.

Can. 2. Ephes. Conc.

bum, vnumque esse Christum cum propria Carne, eundem scilicet Deum simul, & hominem anathemasit. Ecce quomodo fuit Caro in Deo ante Incarnationem cum Verbum erat in principio, non inquit fuit, quia in principio sæculorum erat ante quod principium alia fuerunt dicta viæ Domini, vt in Credo *ex Patre natum ante omnia sæcula.* Hæc est differentia Filij Dei inter ipsum Deum, & hominem. Non ergo est in intelligibile, quod fuisset Caro in Deo ante Incarnationem, quia si Verbum erat in principio, qui est Christus, & *Verbum Caro factum est, & Deus erat Verbum*, non est imcompatibile, quod Caro esset in Deo prius quam Incarnatio quia ipse Deus Verbum æternum erat, & nondum erat homo, quando ipse Deus Verbum potuit esse Caro factum, & vt ipse Filius Vnigenitus, qui fuit prius quam homo haberet personam; nam non est distincta á tribus, sed supposito, quod Filius homo fuit talis persona Verbi cum ipsa simul fuit Vnigenitus vt Deus non esset quaternus, sed eadem persona Verbi fuit Vnigenitus, & homo; ita vt loco Verbi collocaretur in Trinitate, quia numquam Ecclesia númerans personas Trinitatis personam Verbi numerat, nec separat illam á numero Trino, vt refert S. Ioannes: *Tres sunt qui testimonium perhibent in Cælo Pater, & Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi Tres vnum sunt*, quia Verbum volente Deo assumens Carnem Virginis per pietatem humani generis per missit Filium Vnigenitum gaudere loco secundo Verbi, quia vnus sunt ambo Deus, & homo vt supra. Et possunt dici Germani, & Evangelista Ioannes confirmat dictum: Verbum Caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam eius gloriam quasi Vnigeniti á Patre. Ecce Verbum habitavit in nobis, quasi Vnigenitus á Patre, qui est Christus, cuius gloria in Verbo est Vnigeniti. Quis dubitat, quod Christus qui est Vnigenitus á Patre, & vnum cum ipso, vt dixit: Ego, & Pater vnum sumus, scilicet, Deus, & æternus vnus, non fuit, qui fecit Cœlum, & terram, vt dixit per Isaíam: *Cum esset Deus verus non á principio in abscondito locutus sum manus mea fundavit terram, & dextera mea mensa est Cœlos, & nunc Dominus meus missit me, & Spiritus eius. Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus, vere tu es Deus absconditus.* Ipse est Deus missus á Domino, & Spiritu Santo, qui non mitteret eum, nisi hominem factum: *Si ego non abiero Paraclitus non veniet ad vos.* Vt ipse dixit in Ioann. Cum ratione huius ita processit: ante mundum iuxta suas literas ad Patrem *Clarifica me tu Pater claritate, quam habui ante quam mundus esset apud te*, sic intelligitur apud Deum ante mudum, quia

Ioann. Epistol. 1. 7.

Concil. Ephes. Canon 2.

Isai. 48. 16.

Item 45. 14.

non

non erat alius locus tunc, sicut dixit : *Hoc erat in principio apud Deum omnia per ipsum facta sunt.*

Non manet intelligentia contra dictum, quod Christus fuit primus homo, & vltimus Alpha, & omega ipse fuit Author huius, interrogatus á Iudæis, silicet homini dimittere vxorem quacumque ex causa, & dixit, quo supra dictum est in alia additione : *Erunt Caro vna propter hoc dimittet homo Patrem, & Matrem, & adhærebit vxori suæ, itaque iam non sunt duo, sed vna Caro.* Hæc intelligentia venit á primo, qui dicitur homo, qui non fuit, nisi Christus, quia ille dictus in Genesi : non potuit, supponere Patrem, & Matrem talis homo intelligitur ibi Christus; vt videbis in glosis, vt Sacerdos in æternum *secundum ordinem Melchisedec sine Patre, sine Matre, sine genealogia, sine fine, & principio dierum.* Et quomodo intelligitur, quod Christus dimissit Patrem, & Matrem, & adhæsit vxori cum qua fuit vna Caro: quomodo ante mundum datur ipsa Caro fœminæ qualis fuit illa *Sapientiam Dei præcedentem omnia quis investigavit?.. Prior omnium creata est Sapientia, & Fons Sapientiæ Verbum Dei omnis Sapientia á Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante Ævum.* Ex quibus, quod Sapientia hic loquens est creata, & prima omnium rerum, in quibus patet, quod non fuit Christus loquens de quo clare dicitur : *Vnus est Altissimus Creator Omnipotens; & Rex potens, sedens super Thronum illius, & dominans Deus* (attende, quod Thronus Christi in Sapientia fœmina fuit vterus, quod illa infra nuncupat qui *creavit me, requievit in Tabernaculo meo*) *ipse creavit illam in Spiritu Sancto, & efudit illam super omnia opera sua, & super omnem Carnem. Luci comparata invenitur prior.* Quod Iob. intellexit idem: *In manibus abscondit lucem, & præcipit ei vt rursus adveniat. Annuntiat de ea amico suo, quod possessio eius sit, & ad eam possit ascendere*: nullus Doctor explicat Mysterium Incarnationis tam vtiliter, vt Iob. qui primum, & vltimum executionis prophetizat. Ecce quam possuit super omnem carnem suam vnitam carni hypostaticæ Christi cum quo peperit omnem Ecclesiam, qui est Christus, & super omnem carnem animalem formato Adam in lattere eius vbi omnes qui peccavimus eramus, dato præcepto illi ante somnum, & ablationem carnis ad Ævam. Vnde non fuit illa attingens præceptum in cuius promulgatione non erat in Adam, & ostendit ipsa vbi, & quomodo fuit creata, & vbi commorata cum Filio, quia hoc non dicitur in Genesi ante sæcula ante quam fieret.

Sapientia c. 7

Iob. 32.

Quomodo non dicunt de illi inimici Filij, sicut in Fide Ni-

cæna:

cæna: *Non erat quando erat, aut non erat ante quam fieret... Filios Dei.* Quia de Matre negantes Filium, non egent negare Matrem, quia sine ista non est dabilis Filius, & illud, quod additur ibi, aut non erat ante quam fieret. Damnat Synodus, vt sciatur, quod erat Caro in Deo ante Incarnationem, aut ante hominem, & defendit, quod est Filius Dei, & homo contra illos, qui non negant Evangelium; Scismaticos, & Arrius, nam Ioannes dicit: *In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit.* (Ecce de homine, & hominibus loquitur Evangelista) *quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem Filios Dei fieri, qui non est sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Non potest negari, quod sit Filius Dei verus, qui potuit facere veros Filios Dei licet adoptivos: hic patet quare generationem convertit Filius Dei de filia Serpentis, in Filiam Dei ex sua misericordia, & potestate; quod Deus declaravit in verbis illis, quibus sententiavit Serpentem. *Inimicitias penam inter te, & Mulierem, & semen tuum, & semen illius ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius,* & quid intrepide audiens hæc verba Dei, non trepidavit dicendo, quod Mulier peccavit, & non formidavit intellectus dicentis, qui fecit Mulierem innocentem amicam Serpentis, & inimicam Deo, qua Philosophia, vel Theologia compossuit hanc contradictionem Serpentinam, verborum Dei contra Matrem, & Filium. Vbi ostenditur finaliter: *Quando, quomodo, & vbi* preservavit Deus talem Mulierem cum suo Filio. *Quando?* Dedit ei originem mundam dicenti ex ore Altissimi prodivit Primogenitam ante omnem creaturam, & sic exivit ex ea simul Filius Dei, & suus; sic loquitur cum Filio. *Quomodo?* Et in sexto, & septimo die producta sine præcepto dominans mundum simul cum Filio. *Vbi?* In Paradyso facta amica Dei, & inimica Serpentis. Quis potuit dubitare talem creationem primi Adæ, quamvis ab Apostolo dicatur secundus in creatione totius naturæ, nam in parte spirituali fuit primus, vt dixit Primogenitus omnis creaturæ, sicut fœmina, vt ait, vt suprá. Modo rursus movetur contradictoria pars verborum Dei, quomodo potuit peccare in Adam, & in carne eius, cum innocens non datur alia Caro sine præcepto in Adam, in hoc consentit Ecclesiasticus refferens principia Adæ, & eius fœminæ, & non possuit in tota vita illorum vocem peccati; vnde etiam supponit esse Christum, & Mariam, qui autem de tali peccato illorum falsum dixit, debet petere misericordiam Filio, & Matri, per modum restitutionis.

Vt homo primus, & Divinus aprehendit, & transmissit totam generationem.
Genes. 26. 2.
David Ps. 88. 40.

Et hoc promissit Deus Abrahæ non in seminibus quasi in multis, sed quasi in vno semine qui est Christus.
Galat. 3. 17.

Eccli. á C.17. & seqq.

Remitese á Carta lo mas grave.